



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 66. Horum oppositio quatuordecim Imperialium Civitatum accessu  
firmata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

aut publicum totius Orbis, aut Provinciæ Sæcul. XVI.  
Germanicæ Concilium, nihil faciemus, quod A.C. 1529.  
jure possit improbari: quod insuper de co-  
lenda pace, de non intervertendis aliorum  
bonis, de Anabaptistis, deque Typographis  
decretum est, in eo quoque, quod nostri est  
Officii, non ignoramus.

§. LXVI.

Horum oppositio quatuordecim Impe-  
rialium civitatum accessu firmata.

Horum Principum declarationem fir-  
mabant quatuordecim Imperialium  
Urbium Deputati, qui biduo post adver-  
sus Spirensse Decretum reclamabant, *Sleid. Pal-*  
*luamque protestationem, ut vocabant, lavicin. l. cit.*  
scripto palam exponebant, ac denique  
die decima nona Aprilis diploma ede-  
bant, quo ab omnibus nuper gestis ad  
Cæsarem, ad futurum Concilium gene-  
rale aut nationale (\*), necnon ad om-  
nes

(\*) A tempore Concilii Basileensis frequen-  
tissima ejusmodi appellationum mentio in præ-  
senti Historia occurrit, nullusque dubito, quin  
prudens Lector probe animadverterit, quod  
omnes seditionis vel ad honestandam suam rebel-  
lionem adversus legitimum Superiorem, vel ad  
impune inducendos errores, vel denique ad  
effugiadam pœnam aperte promeritam hoc ap-  
pella-

Sæcul. XVI nes Judices minime suspectos appellabant; quapropter nonnullos nominabant A.C. 1529. ad Cæsarem ablegandos, qui hujus editi revocationem impetrarent. Erant autem præfatæ quatuordecim urbes Argentina, Norimberga, Ulma, Constantia, Reutlinga, Winshemium, Memminga, Lindavia, Campodunum, Heilbruna, Isna, Wisseburgum, Nordlinga, ac denique Sangallum.

Haud dissimulare possumus, quod in hac *protestatione* articulus de præsentia reali admodum caute fuerit expositus propter dissidia, quæ tum inter Lutheri & Zwinglii asseclas circa hoc dogma seruebant; itaque Lutheri doctrinam sentantes in præfato suo scripto hæc duntaxat, adducebant: „ Aliunde notum „ est, quæ opinio circa præsentiam „ Corporis & Sanguinis Christi Domini „ in Evcharistia in nostris Ecclesiis „ prævaleat, de cetero doctrina nostra „ prorsus decreto nec excludenda, nec „ damnanda videtur, eoquod hucus „ que nec desuper vocati, nec audit „ simus. „

### §. LXVII.

pellationis remedio non sine maximo Christianæ Fidei ac Reipublicæ detimento abusi fuerint.